

869 omnes in commune deum laudare signis etiam cunctarum in Reganesburg ecclesiarum con-crepantibus pro interitu hostis extincti praecepit¹.

857 feruntur et alia prodigia his temporibus Treveri contigisse, quae ideo scribere distuli, quia de eis certum nuntium non habui.

875 qualiter autem regnum illud postea cum suis disposuerit . . . quia certum non habui latorem, scribere nolui.

858 quod longe aliter esse quam se vulgi fert opinio, cuncti consiliorum regis conscii veraci sermone testantur.

879 quod aliter intellegunt, qui eiusdem iuramenti sunt conscii.

858 ecclesia sancti Albani martyris ita concussa est, ut murus de fastigio cadens oratorium sancti Michaelis ad occidentem basilicae bicameratum cum tecto et laquearibus ruina sua confringens terrae coaequaret.

875 ecclesia quoque eiusdem villae cum suo altari ita deleta est, ut modo cernentibus nullum suae constructionis praebeat indicium.

858 de omnibus quae ei obieiebantur criminibus se ostendit immunem.

871 cum nullus crimina quae ei obiecta fuerant probare potuisset.

858 patet ergo, quia iuxta veritatis sententiam nihil opertum est, quod non reveletur.

873 Worte Ludwigs des Deutschen an seinen besessenen Sohn Karl: 'modo intellegere poteris, si antea noluisti, quod iuxta veritatis sententiam nihil opertum est, quod non reveletur'².

860 hibernum tempus asperum nimis et solito prolixius erat frugibusque et arborum proventibus pernoxium.

874 hiems aspera nimis et solito prolixior.

880. 887 hiems aspera et solito prolixior.

881 hibernum tempus valde prolixum et animalibus diversi generis pernoxium³.

1) Vgl. dagegen Ann. Xant. 870: 'signa ecclesiae pulsare praecepit'. 2) Vgl. Luc. 12, 2: 'Nihil autem opertum est, quod non reveletur'. 3) Vgl. Ann. regni Francorum 821. 824.